# Band II., Nr. 487, Seite 301

*Kaiser Heinrich VI. bestätigt die Schenkung der Burg und des Dorfes Iptingen samt der Kirche und Gütern zu Wiernsheim, Henkelberg und Wurmberg durch den Edelfreien Ulrich (von Iptingen) an das Kloster Maulbronn.*

## Würzburg, 1194. Januar 28.

(Chr.) In nomine sancte et individue trinitatis, Heinricvs sextus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Ad eterni regni premium et temporalis imperii incrementum apud regem regum nobis proficere non ambigimus, si votis religiosarum personarum facilem prebuerimus assensum et earum utilitatibus studium prestiterimus et operam diligentem. Ad noticiam igitur presentium et futurorum devenire cupimus, qualiter Vdelricus vir ingenuus castrum suum Ubetingen cum villa adiacente et ecclesia Winresheim, et quicquid allodii in eadem villa et in Henkelberc[1] et in Wurenberc habuisse dinoscitur, pro remedio anime suę sanctę dei genitrici ad usus fratrum de Mulenbrunne libere contradidit. Statuimus igitur et imperiali edicto sanctimus, ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, huic donationi et nostre confirmationi aliquo presumptionis modo contraire vel eas attemptet infringere. Quod qui fecerit a gratia nostra constituatur alienus, et in ultionem et penam sue temeritatis XL libras auri componat, quarum medietatem camerę nostrę, reliquam vero passis iniuriam persolvi iubemus. Ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Cunradus Moguntinus archiepiscopus. Adolfus Coloniensis electus. Otto Babenbergensis episcopus. Henricus Wirceburgensis episcopus. Henricus dux et episcopus Boemorum. Cunradus comes palatinus de Reno. Liupoldus dux Austrie et Stirie. Bonefacius marchio Montis ferrati. Albertus comes de Calewe. Godefridus comes de Veingen. Godefridus comes de Lewenstein. Wernerus de Roswac. Bertoldus de Creienecge. Wernerus de Eselesberc et frater eius Heinricus. Bertoldus de Steinecge et filius suus Vlricus. Cuno de Minzenberc. Hugo Wormatiensis. Henricus de Callendin et alii quam plures.

Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi. *(Monogramm.)*[a]

---

[a]Steht am Ende der Zeile nach *MCXCIIII.*

[1]Der Name hat sich teilweise im sog. Höckbergwald oder Hönigbergwald erhalten (auch Heegwald); in der Leonberger Forstbeschreibung von 1682 hieß der Wald Henckhberg.

II

Acta sunt hec anno domini MCXCIIII., indictione XII., regnante domino Henrico sexto, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXIIII.[2], imperii vero tercio.

Datum apud Wirceburc, per manum Sigeloi, imperialis aule prothonotarii, V. kalendas Februarii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Von gewöhnlichem Wachs an grüner Seidenschnur hängend und der Hauptsache nach wohl erhalten. Die Umschrift lautet wie zur Urkunde Nr. 480 (WUB, Bd. II, S. 294): HEINRIC*us* D*e*I GR*ati*A ROMANOR*um* IMP*erato*R *7* (*et*) SEMP*er* AVGVSTVS.

[2] Das 24. Kalenderjahr war bereits 1193 Aug. 15 abgelaufen. Die übrigen Zeitangaben stimmen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
H 51 U 23

**Regesten:**
Theodor Toeche: Kaiser Heinrich VI., Leipzig 1867 (Jahrbücher der deutschen Geschichte, 16). [Zuvor lat.: De Henrico VI. Romanorum imperatore, Normannorum regnum sibi vindicante, Berlin 1860], S. 263. Stumpf-Brentano: Reichskanzler, Bd. 2, Nr. 4845. Regesta Imperii Abt. 4, Bd. 3,1, S. 135, Nr. 331.

**Literatur:**
Peter Csendes: Die Schreiber der Kanzlei Kaiser Heinrichs VI, Wien 1968 [ms., Institut für Österreichische Geschichte]. , S. 64; Zinsmaier: Urkunden Philipps von Schwaben und Ottos IV., S. 24.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Würzburg

**Ortsindex:**
Bamberg, BA

Böhmen

Calw Wohnplatz (6981)

Calw, CW

Dillweißenstein : Pforzheim PF

Dillweißenstein Wohnplatz (6702)

Henkelberg

Iptingen Wohnplatz (7113)

Iptingen, Wiernsheim, PF

Kalden, Altusried, OA, W
Kleinglattbach : Vaihingen an der Enz LB
Kleinglattbach Wohnplatz (1118)
Köln, K
Löwenstein Wohnplatz (2065)
Löwenstein, HN
Mainz, MZ
Maulbronn Wohnplatz (7043)
Maulbronn, PF
Montferrat
Münzenberg, FB
Rhein
Roßwag Wohnplatz (1126)
Roßwag, Vaihingen an der Enz, LB
Steiermark, Österreich
Steinegg Wohnplatz (7088)
Steinegg, Neuhausen, PF
Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)
Vaihingen an der Enz, LB
Wiernsheim Wohnplatz (7116)
Wiernsheim, PF
Worms, WO
Wurmberg Wohnplatz (7121)
Wurmberg, PF
Würzburg, WÜ
Österreich